

*in tabella noviter Philippi Chronico adjecta: methodum*  
quæsit Reinerus Reineccius *in meth. histor.* Isagogen  
conscriptit Elias Reufnerus *in Isagog. histor.* & Christo-  
phorus Helvicus *in histor. univ.*

50. Pro numero & specie Monarchiarum historiae  
recensentur varia: quæ referuntur ad regnum vel Assy-  
riorum, vel Persarum, vel Græcorum, vel Latinorum.

51. Historiae autem scribuntur *de regno Assyriorum*, vel  
*integro*, quod cœpit Anno mundi 1789: vel *diviso in Baby-  
lonicum sive Chaldaicum*, quod cepit 3150 duravit annos  
309: & *in Medicum*, quod cepit 3149 duravit annos 309:  
De hoc regno præter *Biblia* reperiuntur pauca apud *Be-  
rosum* maximâ parte fabulosum, *Herodotum*, *Diodorum*,  
*Siculum*, *Justinum* & *Eusebium*.

52. Sic historiae scribuntur *de regno Persarum*, quod  
cepit 3435 duravit annos 207: De quo legantur *Biblia*,  
*Megasthenes*, *Ctesia fragmentum*, *Herodotus*, *Diodorus*,  
*Xenophon*, *Justinus*, *Orosius*, *Plutarchus*, *Thucydides*.

53. Postea historiae scribuntur *de regno Græcorum* vel  
*integro*, quod cepit 3642: vel *diviso* eoq; *Macedonico*, quod  
cepit 3643, duravit annos 256. vel *Asiatico*, quod cepit  
3650, duravit 259: vel *Syriaco* 3661, duravit 248: vel *Ægy-  
ptiaco*, quod cepit 3548, duravit 295. De quo extant *Cur-  
tius*, *Arianus*, *Plutarchus*, qui scripserunt de Alexandro:  
*Diodorus*, *Polybius*, *Mnemon*, *Appianus*, *Livius*, *Justinus*, *Orosius*.

54. *De regno deniq; Romanorum* scribuntur historiae,  
quod cepit A. M. 3924. De quo *Dion Cassius*, *Herodianus*,  
*Nicephorus Zonaras*, *Nicetas*, *Chalcondylas* & *Gregoras*.

55. De hoc ipso inter Latinos ante divulsionem Impe-  
rii orientalis & occidentalis scripserunt *Suetonius*, *Cor-  
nelius Tacitus*, *Vellejus Paterculus*, *Ælius Lampridius*, *Fla-  
vius Vopiscus*, *Pomponius Lælius*, *Ammianus Marcellinus*, *Gre-  
gorius Turonensis* & alij.

Q 2

56. Alij